

Bibliographische Daten

Titel: Post Funera Virtus Nobilissimi atque Praestrenui Dn. Johannis Jodoci Schmidmaiers ab & in Schwartzzenbrugk /[et]c. Patr. Norimberg.

Ersteller: Johann Paul Felwinger

Signatur: 1 an Will. II. 1085. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

antehac Convictorem & Inquilinum suum, veterem videlicet
amicum *Reverend. & Excell. Dn. Dilherrum*, ut ex ipsius ore
consolationem Verbo divino comprehensam audiret, fidem
inde corroboraret, atque ita ad vitam æternam probè instru-
ctus proficisceretur. Fides enim vehiculum est, quo ad beatas
sedes perveniunt credentium in Christum animæ, suoque
Sponso Messiaë junguntur. Præparavit se, non solum morte
jam instante ad vitæ hujus caducæ cum immortalis commuta-
tionem, sed paratus multò ante, votorumque suorum summa-
erat, dissolvi & cum Christo suo esse: neque spes ipsius ipsum
confudit, ut somnio etiam confidentior redderetur, dum bre-
vi ante ejus beatum obitum, in somno beatum jam, olim *Re-
verendum & Excellentissimum Johannem Saubertum*, se
amplectentem, atque cum gaudio excipientem videre, sibi
videretur. Adeò non vana sunt, & ridicula piorum hominum,
cùm primis paulò post vitæ termino futuro, insomnia. Quod
si hujus loci esset, exemplo *Nobilis & Consultissimi Dn. D. Ju-
stini Herdesiani* [*Schmidtmajeri nostri Amici intimi*] osten-
dere possem: hic enim octiduo ante mortem suam per somni-
um se receptum in Paradisum vidit, mox quidem eodem ex-
clusum cum hæc *προς Φωήσου: Nondum tempus est.* Ut autem
Schmidtmajerus noster iter quod ingredi deberet, eò feliciùs
conficeret, viatico cœlesti, corpore scilicet & sanguine Chri-
sti pro peccatis nostris in cruce profuso, se munivit, præmissa
peccatorum suorum (nam & de se hominem fuisse, professus
est) contritione, eorundemq; confessione, cum hac clausula:
O misericors DEUS, condona, condona mihi
peccata mea, ne tempore mortis me perturbent,
propter plenariam & sufficientissimam FRATRIS
MEI JESU CHRISTI, Patris suo æterno in cruce præ-
stitam satisfactionem. His peractis, Nobilem nostrum
somnia ferè lethalis paululum cepit: à quo tamen mox